



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia CXXIX. Et ducunt eum Golgotha locum, quod est si interpreteris, Caluariæ locis. Et dederunt ei bibendum myrrhatum uinum: ipse uerò non sumpsit. Cumq[ue] crucifixissent eum, dispertiuerunt ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

tempora sunt, de quibus ista Christus olim prae-dixit. Sed quia haec sine gemitu & oculis fixis in-
cimus, nec interea ullas intermitterimus voluptatum illicitarum occasiones, satis testamur, nos ad ec-
clesiam & corporis huius mystici communionem adhuc alienissimos esse, & proinde nec ad salutem con-
suetudinem nos pertinere, quando haec extra Christum nulla inueniri potest.

Christus mortem suam non inul-
tam fore docet.

Porro Christus mulieres flere vetat, non quod ipsi pius ille affectus displiceat, sed ut san-
ctitate medeatur, quo illarum fidem certari non ignorabat. Quis enim illum Deo patri cura esse passum
qui post eorum tam graues contumelias ad mortem infamem ducebatur? Docet ergo Deum sua morte
vindicem fore, & vindictae grauitatem exemplis illustrat, quasi diceret: Si qua afflictio aut calu-
ritas fletum & lacrymas requirit, vestram potius & filiorum vestrorum calamitatem deplorat,
quam vobis propter hanc meam mortem indignam obueniet, & tanta erit, ut quae steriles fuerunt ho-
stias, beatas & felices censeri possint, cum multi doloris acerbitate superari, optaturi sint, ut tunc
ipsi dehiscent. Rationem vero addit parabola vestram, & ait: Quia si hoc fit in ligno huiusmodi
viridi, in arido quid fiet? Quibus verbis ad Dei iudicium respicit, & seipsum cum incertis huius-
modi gente confert. Erat enim ipse lignum siue arbor virens & fructibus ferax. At tamen hominem
peccata, quae in se ipse transtulerat, ut expiari voluit Deus, ut ipse insons & innocens tantum
acerba pateretur. Quid ergo (inquit) sperandum est? Ipsi, qui in prauis cupiditatibus suis salubrem
publicis ita exarserunt, ut toti aruerint, nec ullam amplius melioris fructus spem de se ipsis habent.
Nec inanes fuisse minas istas, mox secutum gentis & urbis excidium abunde docet. Vnde nobis do-
ctrina communis petenda est, Deum suorum cause non deesse, nec perpetuo impune ferre suam
iracundiam ecclesiae persecutores, licet interdum triumphent, & pro sua libidine in Christi membra
grassentur. Neminem ergo momentanea afflictiones offendant, sed in Deo confidant, qui causam
quam ex ipsius iussu sustinemus, vindicet esse acerrimus.

Mors Christi
ut desleri de-
beat.

Admonemur praeterea mortem Christi ita a nobis desleri debere, ut simul quid ipsi mereremur
cogitemus, propter quorum peccata illum ista pati oportuit. Sumus enim nos reuera aridi ligni
inutiles trunci, & proinde digni qui in aeternum ignem abijciamur, si suo iure in nos Deus non
semper ergo hoc Christi dictum animis obuersetur, & nos ad patientiam in afflictionibus & in
emendationem mirifice excitari sentiemus. Reperamus illud ipsum, si quando pius & sanctus alius
videmus. Per horum enim afflictiones mundo poenitere nescio Deus praeiudicat, & iudicij sui exco-
nem a domo sua orditur, ne in suis probare videatur, quae in alijs puniunt, & ut sui cultores plaga-
ternis emendati aeternum supplicium effugiant, ut iam vero caelestem & immortalem conseruati
in Christo Iesu, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

1. Pet. 4.

H O M I L I A C X X I X .

Et ducunt eum in Golgotha locum, quod est si interpretaris, Calua-
riae locus. Et dederunt ei bibendum myrrhatum unum: ipse vero non
sumpsit. Cumque crucifixissent eum, disperserunt uestimenta eius pro-
iecta forte super ea, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, quando
crucifixerunt eum. Eratque inscriptio criminis ipsius inscripta: Iste est
Rex Iudaeorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, unum a dextra,
& alterum ab eius sinistra. Et impleta est Scriptura quae dicit: Et cum
iniquis reputatus est.

Argumentum
& usus praesentis loci.
Hebr. 3.

IN tota filij Dei Iesu Christi historia nihil excellentius est illius morte, quam in cruce sustinuit.
Ut enim carnem humanam ex virgine Maria in eum sinem assumpsit, ut haberet quod pro pe-
ccatis nostris posset offerre: Ita in morte ipsius merito salus nostra omnis fundata est. Dissergetur
ergo considerationem merentur omnes huius historiae partes, imprimis vero praesens hic locus, qui
primum ipsum Christi supplicium cum praecipuis eius circumstantijs exponit, deinde quaedam de
supplicium Christi distributione & mystico crucis titulo, huc cum primis peruenientia, commemorat, & quae
multa simul concurrunt, quibus salutis nostrae mysteria pulchre explicantur, & quae ad gloriam
sunt.

a hac sine gemis & colla
um occasio, satis reman
nos esse, & proinde nec ad
ri potest.
ille affectus displicent, sed
im illum Deo patri caritate
ucebatur? Docet ergo Deum
uasi diceret: Si qua afflicto
um vestrorum calamitatem
e tanta erit, ut que perire
bitate superari, operari
ait: Quia si hoc fit in legum
spicit, & seipsum cum cruci
& fructibus ferax. Atque
ve ipse insons & innocens
ui in prauis cupiditatibus
melioris fructus spem de
excidium abunde docet. Vnde
esse, nec perpetuo impio
& pro sua libidine in
nt, sed in Deo confidam, qui

debere, ut simul quilibet
Sumus enim nos reuera
amur, si suo iure in Deo
ad patientiam in afflictione
ipsum, si quando posset
Deus praladis, et iudicij
alijis punire, et ut sui
caelestem & immortalis
das in aeternum. Amen.

CXXIX.

est si interpretis, Cal
tium unum: ipse vero
erunt uestimenta eius
autem hora tertia, quan
sais ipsius inscripta: Ille
latrones, unum a dexte
scriptura que dicit: Et

illius morte, quam in
nem assumptis, ut habere
nostra omnis fundata est.
imprimis vero pro
auis exponit, deinde
primis pertinencia, com
bre explicatur, & qua ad

stitutione & consolationem in aduersis multum faciunt. At quia Euangelista non eodem ordine
singula recensent, nos ut auditorum radicari consulamus, primo in vnam summam contrahemus
quacumq; ad crucis supplicium spectant, deinde de vestium quoq; diuisione, & titulo cruci per Pilatum
affixi, seorsim dicemus.

Quoad crucis supplicium, sic scribit Marcus: Et ducunt eum in Golgotha locum, quod est si in-
terpreteris, Caluarie locus: & dederunt ei bibendam myrrham & vinum: ipse vero non sumpsit.
Erat autem hora tertia, quando crucifigunt eum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, vnum a de-
xtra, & alterum ab eius sinistra. Et impleta est scriptura, que dicit: Et cum iniquis reputatus est.
Priusquam vero rem ipsam aggrediamur, explicandus erit nodus, qui in temporis notatione occur-
rit. Marcus enim horam tertiam fuisse dicit, quando illum crucifixerunt: & in hoc palam dissentire
videtur ab Ioanne, qui ferè sextam horam fuisse scribit, quando Pilatus pro tribunali con-
sedit, & illum condemnaret. Sed solutio facilis est, si censeamus, apud veteres duplicem fuisse diei distinctio-
nem. Primam, qua dies totus in horas duodecim distinguebatur, iuxta quam horas à Solis exortu
numerabant, & sexta in ipsum meridiem incideret. Alteram, qua horas à prima sui inicij hora.
quadrantes diuidebant, quorum singuli nomen sumebant à prima sui inicij hora. Primus ergo tres
primas horas à diei habebat, & totus hora prima dicebatur. Secundum horam tertiam vocabant, qui
ab ea usq; ad sextam extendebatur. Tertius à sexta usque ad nonam numerabatur, & sexta hora
nomen habuit. Quartum nonam horam dixerunt, eò quod à nona initium sumeret, & inde reliquas
ad duodecimam complecteretur, qui totus diei finis erat. Ad hanc distinctionem Mar-
cus respiciens horam tertiam fuisse dicit, quando Christum crucifixerunt. & secundum diei quadran-
tem intelligit, qui ab hora tertia inicij facta quartam, quintam & sextam comprehendebat: & pro-
inde ab Ioanne nihil dissentit, qui iuxta priorem distinctionem loquitur, quando horam ferè sextam
fuisse scribit. Scio alios questionem hanc aliter expedire, qui hora tertia Iudeorum lingua, sexta au-
tem à militibus reuera crucifixum fuisse dicunt. Sed illud nimis coactum est, & totum contextum
nostri Euangeliste conturbat, quasi illi de Christi supplicio sermonem exorsus, nunc absq; magna ra-
tione ad Iudeos redeat, de quorum furiosis clamoribus iam ante satis dictum fuit. Sunt qui numero-
rum notas librariorum incuria corruptas esse dicant: quod etsi in Grecis codicibus propter elemen-
torum similitudinem facile fieri potuisset, ego tamen nec tutum satis, nec etiam religionum esse puto
in questionibus que ex contradictionis specie nascuntur, eiusmodi suffugia captare, que sacrorum co-
dicum fidem vel minima ex parte in dubium vocent. Primam igitur solutionem retinendam puto,
qua & nihil coactum habet, & cum veteri horarum ratione, que apud probatos auctores reperitur,
optime conuenit. His premisis ad ea transeamus, que maioris momenti sunt.

Primo in Golgotha ducitur Christus, quod Caluarie locum significat. Euangelista ipse testatur. Locus Golgo-
tha. Fuit autem locus publicis supplicij destinatus, quod vel ex eo colligi potest, quod simul eodem duo
latrones ducti fuerunt. Quod non sine numine factum fuisse, ista loci docet, quem Euangelista Isai 53.
allegat, licet nihil horum interea vel Iudeorum sacerdotes, vel Pilatus aut milites cogitarint. Re-
spondent ista veteri typo, ut nuper ex Paulo ad Hebræos diximus, & ad salutis nostri meritum fa-
ciunt. Oportuit enim cum iniquis & facinorosis reputari Christum, ut quam nos merueramus, pe-
nam lueret, & nos in regno patris sui angelorum consortes faceret. Quoties ergo conscientia terro-
ribus excitulati, metumus nos à regno Dei & beatorum consortio exclusos esse, tunc Dei filius in
mentem veniat, qui ut nobis succurreret, inter latrones medium in crucem infamem suffigi voluit.
Habet præterea aliam quoq; consolationem locus iste. Christus enim sue mortis merito infames sup-
pliciorum locos, adeoq; ipsa facinorosorum supplicia sanctificauit, ne quis illorum infamiam pijs &
in ipsum credentibus apud Deum fraudi esse arbitretur, & hominum saluti officere. Ut enim nec
loci infamia, nec osium & caluariarum illic sparsarum tristissimus aspectus, nec ex illis exurgens
setor obstare poterit, quò minus Deo patri gratissimum esset hoc filij sui sacrificium: Ita nec infames
crucis, nec horribiles ignium rogi hodie obstant, quò minus pretiosa sit in oculis Domini mors san-
ctorum eius, qui fidem suam proprii sanguinis testimonio obsequant. Ideo olim Christi martyres de
infamia suppliciorum nunquam conquestos, quin potius palos, quibus alligandi erant, exosculatos
fuisse legimus. Ignatius certè, qui Apostolorum temporibus proximus fuit, cum ex Syria usq; Rg-

Summa narra-
tionis de cruci
fixione Christi;
Conciliantur
Ioannes &
Marcus.

Locus Golgo-
tha.
Hebr. 13.
Num. 19.

Loci supplicio-
rum sanctifica-
uit Christus.
psalm. 116.

Euseb. hist. Eccl. lib. 3. cap. 36.

Libr. 5.

Myrrhatum unum Christo propinatur.

Proverb. 31.

Isaie 5. Deut. 32.

Crucis supplicium quale. Ioan. 20.

Deut. 21.

Num. 25.

Hest. 7.

Ezre 6.

mam ad bestias duceretur, inter alia scribebar: O salutare bestie, qua preparatur mihi. Quomodo venient? quando emittentur? quando eis frui licebit carnibus meis? Et mox: Ignis, crux, supplicia diaboli arte quaesita cumulentur, dum modo Iesum Christum adipiscar. Et idem, ut de illis neus scribit, dicebat: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molor, ut mundus panis Dei non fiat. Possent huius generis multa adduci, et nostro quoque seculo similes Christi martyres complerentur, nisi ipsa quoque supplicia et illorum loca per Christum sanctissime contemplasset, ut pro illius nomine morientibus nihil mali aut damnationis inde sit metuendum. Nec enim ad fontes et facinorosos quoque ista consolatio pertinet, qui etiam ipsi non obstante suppliciorum enormia salutem in Christi merito inveniunt, si Dei iudicium patienter agnoscant, et salutis filiarum fixi exemplum, de quo suo loco dicemus.

Secundo vinum myrrhatum illi propinatur, ut primum in Golgotha peruentum fuit. De istius acetum felle mixtum fuisse scribit. Sed nullum est in huius discriminis specie periculum. Viri enim propitium fuit docere, quod potum amarulentissimum obtulerint. Sunt autem, qui hoc pro magnum factum fuisse putent, ut postea sanguis acceti vi impulsus largior flueret, et ipse eo citius moreretur. Sed cum postea illo siciente acetum mortis acceleranda ergo propinari retent, potior modo videtur illorum sententia, qui hoc nouo crudelitatis genere per ludibrium factum fuisse arbitrantur. Quod morem communem, quo ad mortem damnatis vinum pretiosius datur, ut illo confortentur, quod ipsum scribitur a quoque nobis commendat. Est autem hoc evidens exemplum suis specimen eius invidiosum, quam Iudeorum genti per Isaiam Deus olim in vinea parabola exprobravit, quod in beneficiorum commemoracionem ait. Expectavit dilectus meus, ut vinea haec vna ferret, sed nihil labruscas. Quid enim est labruscas ferre loco vuarum dulcium, si hoc non est? Quis hoc videt draconum virus et aspidum fel dici potest, quale huius vineae vinum fore, ante Isaiam Moyses dixerat. Sed vena non idem hodie a multis fiat, qui cum quotidie a Deo beneficia suscipiunt, et per Euangelij praedicationem summo studio excolantur, ut fructus sua professione digni fiant, ita tamen viuunt, ut propter illos Christi nomen et Euangelium ipsius pessime audiat. Pene hoc sunt, qui ista non contenti, in super Christo, quando in membris suis affligitur, et consolationem non exariari cupit, acetum exprobrationum, ludibrium, imo conuictorium quoque propinatur. Sunt et omnes fallax et maledicta vinea, quibus idem haud dubie Dei iudicium imminet, quod proposita loco supra citato Iudaeis denuntiat, et quod illis non multo post Christi mortem accidisse, et postea eis abunde constat.

Tertio ipsum crucis supplicium considerandum veniat. Fuit hoc et atrum ualde et compunctum infame. Nam ut ex Psalmo vigesimo secundo et verbis Thomae Apostoli colligere licet, supra omnem validissime extensi ad illam clauis per manus et pedes adactis affigebantur, et demum in holime erecti inter horribiles neruorum omnium et totius corporis cruciatus vitam suam finiebant. Superabat tamen omnem huius supplicij atrocitatem, quod Moyses maledictum prononciasset eum, qui in cruce penderet. Quae causa fuit, quod hoc supplicij genus de illis modo sumeret, quod publicam salutem scelus aliquod cumprimis atrox et nulla reuera dignum commississent. Sic etiam principes ex Dei iussu Moyses suspendit, eo quod cum Moabitibus mulieribus scortando turpissimum ingentis scandali et cladis publice authores fuissent. Et Davus ex trabe suspendi iubet eos, quod templi exstructionem impediendo regum edictis rebelles sint et immergeri. Hamanum quoque et maiestatis reum in crucem ab Assuero adum fuisse legimus. Credibile tamen est postea temporibus inter Iudaeos supplicium hoc vulgari fuisse, partim quidem propter praesidium Romanorum crudelitatem, partim vero quod Iudaei omnibus exosi quous supplicio digni viderentur, si vel leuissimam culpam admisissent. Quae etiam occasione (ut de arcano Dei consilio iam nihil dicamus) factum fuit, ut Pilatus in hoc ipsum supplicium de Christo sumendum tam facile consentiret, nec etiam daret, quod minus insolita rabie multa praeter morem communem hic a militibus fierent. Et factum augendum cruciatus ac infamiae dolorem fecit, quod vinum myrrhatum propinaturunt, quod

bus omnibus excruciatum in cruce pro peccatis nostris immolatum fuisse scimus, crux eius nobis instar
si latronum dux & princeps aliquis fuisset.

At quia Dei filium in cruce pro peccatis nostris immolatum fuisse scimus, crux eius nobis instar
altaris consideranda est, & sic non erit, quod illius infamia quicquam offendatur. Cur enim scan-
dalo nobis sit illud, sine quo salus nobis parari non poterat? Versemur potius in eorum consideratio-
ne, quae hic plena doctrinae & consolationis proponuntur. Primum enim incomparabilis Dei amor elu-
cet, quo genus humanum ille complectitur: quando filium suum unigenitum & dilectum in cruce po-
tius inter latrones medium videre voluit, quam nos inter aeternae damnationis cruciatu conspicere.
Admonet de hoc Apostolus, quando ait: Commendat autem suam charitatem erga nos Deus, quod
tunc adhuc essemus peccatores, Christus pro nobis mortuus fuit. Ibidem vero hic efficacissimam con-
solationis argumentum nos petere docet, quo in tentationibus fidem nostram confirmemus, quando
mox subjicit: Multo igitur magis nunc iustificari sanguine eius, servabimur per eum ab ira. Nam si
cum inimici essemus, reconciliati fuimus Deo per mortem filii eius: multo magis reconciliati serva-
bimur per vitam ipsius. Et alibi idem Apostolus ait: Qui proprio filio non peperit, sed pro nobis om-
nibus tradidit illum, qui fieri potest, ut non & cum eodem omnia nobis donet? Haec sane qui serio ex-
pendunt, tentationum pugnis non facile succumbent.

Cruce altare Christi.

Amoris Dei erga nos testi- monium.

Rom. 5.

Rom. 8.

Deinde vero non minus hic elucet, quanta sit nostrorum peccatorum atrocitas, quando illa sacri-
ficio tam pretioso, sanguine nimirum filii Dei, expiari oportuit. Quo loco ut peccati blanditiae consu-
tantur, quibus sese apud carnem nostram insinuat, ita infallibilis & irrefragabili argumento doce-
mur, quam vane sint & futiles satisfactiones reliquae omnes, quibus nonnulli peccata hominum ex-
piari posse arbitrantur, quam item nulle sint hominum vires aut merita, quae illis expiandis suffi-
ciant. Si quid enim tale vspiciam inveniunt aut excogitari potuissent, num obsecro Deum vel tam vecor-
dem fuisse putabimus, qui illud non viderit, vel tam immitem & crudelem (ne dicam iniustum) ut
filium suum sine causa necessaria divam & infamem crucis mortem subire voluisset? Vides ergo eos,
qui novas peccatorum expiationes & satisfactiones statuunt, non seipso modo salute per Christum
partem spoliare, verum etiam Deum ipsum atroci iniuria afficere, quasi ille vel imprudens vel crude-
lis, aut etiam iniustus, filium unigenitum cruciatibus atrocissimis obiecerit. Non temere ergo ab Apo-
stolis pronuntiatur fuit, praeter Christum Iesum, non illum aliud nomen sub caelo hominibus datum
esse, in quo nos saluari oporteat.

Peccatorum atro- citas quanta.

Act. 4.

Simul vero deploranda nobis est hoc loco infelix hominum recordia, qui ne ab ijs quidem pecca-
tis abstinemus, quae hoc filii Dei supplicium nobis in mentem & ob oculos reuocare poterant, nisi plus
quam plumbei essemus, aut ferrei. Extra urbem Christus in locum supplicij publici infamem edu-
citur, ut suo exemplo admoniti opprobrium ipsius patienter feramus, & relictis mundi studiis ad pa-
teriam caelestem tendamus, ubi sui sanguinis merito nobis civitatem permanentem acquisivimus. At ple-
rig, hominum, quasi in terris aeternum victuri sint, solis terrenis occupantur, & ut opes fallaces &
incertae congerant, aeterna & caelestia bona negligunt. Illi inter extremas animi angustias laboran-
ti, & corporis quoque infandos dolores iam iam subituro, acetum felle mixtum propinant milites. At
nos vino immodico quotidie inebriamur, & sedis voluptatibus immersi, nullis vel admonitionibus
Dei, nec iudiciorum ipsius exemplis, quantumvis crebris & horrendis, nos in viam patimur reuoca-
ri. In cruce nudus pendet Dei filius, ut nos sua iustitiae merito vestiat; nos vero vestibus ad luxum
& lasciviam confectis impudenter superbumus, imo illas in ecclesiam, in conspectum ipsius & sancto-
rum angelorum inferimus. Sunt haec deploratae malitiae argumenta, quam olim Christus grauibns
panis discerneret.

Hominum ue- cordia argua- tur.

Heb. 13.

Vide 1. Cor. 11.

Sed ad reliqua transeamus, quae mox secuta sunt, postquam Christus in cruce suffixus fuit. Vestes Christi
ubi primum occurrit quid de vestium ipsius distributione scribitur. Cum crucifixus esset eum (inquit)
dispertierunt vestimenta eius: proietta sorte super ea, quis quid tolleret. Facit et hoc ad contumelia
Christi, quod vestes eius (praeter quas nihil in terris habuit proprium) aetate infamem fortune subij-
ciuntur. Huic autem rei occasionem dedisse videtur tunica inconsutilis, quae nisi tota perderetur,
dissui non poterat, sicuti Ioannes annotavit. Interim in Christo verè impletur illud, cuius cyprus in
Dauidae precesserat, qui a Saulinis domum suam direptam fuisse conqueritur, & inter alia ait:

Vestes Christi sorte distri- buuntur.

psalm. 22.

Paupertas
Christi.
Luc. 2.
Matth. 8.
Luc. 8.
Ioan. 11.
1. Cor. 8.

Partiti sunt sibi vestimenta mea, & de veste mea ceciderunt sortem. Vbi primo Christi paupertatem
obseruare prodest, cuius multa in scripturis argumenta habentur. Scimus enim in paupertate
vel potius stabulo meritorio natum fuisse. Deinde adules iam non habet, quo reclinet caput suum
Adhuc mulierum aliquot beneficentia sustentati fuisse, Evangelista tradunt. Nam videtur in
pendet. Talem vero ipsum fieri oportuit, ut nos ipsius paupertate disceremus, ut nos ipsius
rum eternum in caelis compararet, & (ut modo monuimus) nos sua iustitia merito deservire.

Fortunariū
diu ferenda
patienter.
Genes. 12.

At simul officij quos, admonemur, ne graue nobis videatur opes huius seculi propter ipsum
tere, imò ne ea quidem quibus non sine summo incommodo carere possimus. Hanc enim pauperum
nium sortem esse, in Abrahamo cernitur, quem ea conditione primum vocauit Deus, ut salum
& domum paternam post se relinqueret. Quod ipsum postea pij sepe fecerunt, & ne illud
puemus, ipse Dei filius nunc idem patitur. Hic verò consoletur nos, quod in hoc etiam
butionem nobis Christus pollicetur, & in caelis thesaurus acquisiuit, quos nulla vis hostilis
calamitas auferet. Viderunt haec Hebraei fratres, quos Apostolus scribit suarum facultatum
ptionem cum gaudio accepisse, eò quod scirent, se portorem & permanentem substantiam in caelis
bere. Neque hic nos sollicitos esse conuenit, cui nam nostra cedant. Viderit hic Christus vestes
prophanos & impios milites peruenire, quas (si humanam rationem audias & carnis affectum
tius vel matri virgini, vel Ioanni dilecto discipulo voluisset obtingere, qui soli ex omnibus suis
cem abstabant. Quid ergo mirum fuerit, si bona nostra in impiorum manus perueniant, ij praeterea
quibus illa meliori iure debebantur? Tu illa Deo consecra, & patienter ferre dicas, gratiam
nissimis hostibus eadem illi dederit, qui ut arcano & inscrutabili consilio omnia agit, ita in illis
de nobis ipsis & rebus nostris omnibus dispensat. Huc olim Iobus respexit, quando opibus suis per
beos & Chaldaeos direptis dicebat: Dominus dedit, Dominus abstulit: sic nomen Domini benedi
ctum, &c. Quae praeterea hoc loco de vestium luxu & fastu dici poterant, et quam parum illi
initiatos deceat, paulo ante perstrinximus, & plura aliunde peti poterunt.

Marc. 10.
Matth. 16.
Hebr. 10.

Iob. 1.

Inscriptio uel
Titulus Crucis

Sequitur quod de Crucis titulo Marcus succinctè admodum amonauit, nimiram eundem locum
ab alijs diligentius exposicum esse non ignoraret. Quare locus hic ex Ioanne facietur, qui se ferret
Scriptis autem & titulum Pilatus, & imposuit cruci. Erat autem scriptum: Iesus Nazarenus rex
Iudaeorum. Hunc ergo titulum multi Iudaeorum legerunt, quia prope ciuitatem et a Iudaeis, ubi
cifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Graecè & Latine. Dicebant ergo Pilatus praeterea
Iudaeorum, Ne scribe, Rex Iudaeorum: sed illum dixisse: Rex sum Iudaeorum. Respondit Pilatus,
Quod scripsi, scripsi. Est haec actio multa consideratione dignissima, eò quod mysteriosum planis
ma sit, & multa simul comprehendat, quae ad fidei nostrae institutionem & consolationem faciant.
Primo enim etsi Pilatus à Dei cognitione alienissimus fuerit, ita tamen illius animus & manus
regis Deus, ut ad Iudaeorum omniumq; hostium Christi confusionem paucis uerbis dicat, quia illi
& ad quos nam salus per ipsum parua perimeat. Quoad primum, Regem vocat, & ita uocabitur
asseratorem esse docet. Et talem quidem olim propheta omnes descripsit, nunc uero talem esse
constet, per hanc illum triumphare, & tunc maxime exaltari, quando homines illum opprobrium
lunt. Conuenit his Davidis oraculum, quo de Christo dixit: De torrente in uia bibet: propinquabit
tabit caput. Quoad secundum, Iudaeorum Regem esse dicit. Et ipse quidem in gentium consuetu
ptum hoc scripsit, ut athen Iudaeorum nomen eos denotat, qui Deum uerum confitebantur. Omnia
ergo in se credentium & nomen suum confitentium Rex est Dei filius, qui in cruce pendit. Quod
non ita accipi debet, quasi impij ab illius potestate exempti sint (nam etiam hos septem ipsius ferunt
subiectos esse, nuper ex Dauidè docuimus) sed quia hic de redemptionis mysterio agitur, sui iude
dimid est, confessores ueri Dei nominantur, ad quos illa solos pertinet. Tribus uero Iudaeis
promulgatur, quae tunc in toto orbe uulgatissima erant, ut sciamus, ad ueros illos Iudaeos uerum
tem spiritualem (ut Paulus loquitur) non eos modo pertinere Christi meritum, qui iuxta carnem
Abrahamo nati sunt, sed etiam omnium gentium credentes, qui Dei promissioni fide ueraciter
& ideo promissionis filij dicuntur. Vnus ergo & idem omnium credentium rex, iudex & asseratorem
Christi

Christus Rex.

Psal. 110.
Rex Iudaeorum
Christus.

Psal. 7.

Rom. 2. & 9.
Galat. 4.

Quoad primum, Regem vocat, & ita uocabitur
asseratorem esse docet. Et talem quidem olim propheta omnes descripsit, nunc uero talem esse
constet, per hanc illum triumphare, & tunc maxime exaltari, quando homines illum opprobrium
lunt. Conuenit his Davidis oraculum, quo de Christo dixit: De torrente in uia bibet: propinquabit
tabit caput. Quoad secundum, Iudaeorum Regem esse dicit. Et ipse quidem in gentium consuetu
ptum hoc scripsit, ut athen Iudaeorum nomen eos denotat, qui Deum uerum confitebantur. Omnia
ergo in se credentium & nomen suum confitentium Rex est Dei filius, qui in cruce pendit. Quod
non ita accipi debet, quasi impij ab illius potestate exempti sint (nam etiam hos septem ipsius ferunt
subiectos esse, nuper ex Dauidè docuimus) sed quia hic de redemptionis mysterio agitur, sui iude
dimid est, confessores ueri Dei nominantur, ad quos illa solos pertinet. Tribus uero Iudaeis
promulgatur, quae tunc in toto orbe uulgatissima erant, ut sciamus, ad ueros illos Iudaeos uerum
tem spiritualem (ut Paulus loquitur) non eos modo pertinere Christi meritum, qui iuxta carnem
Abrahamo nati sunt, sed etiam omnium gentium credentes, qui Dei promissioni fide ueraciter
& ideo promissionis filij dicuntur. Vnus ergo & idem omnium credentium rex, iudex & asseratorem
Christi

Christus Iesus, siue illi Iudei siue gentiles fuerint: quo nomine Euangelium quoque in omnes gentes predicari iussit. Contendunt contra inscriptionem hanc tam gloriosam Iudeorum pontifices, ut qui se non obsecrarent perstringi sentiant, & odium implacabile adhuc producant: simulq; semper fore aliquos docentes (imprimis autem in antiquissimo ordine) qui Christo suum honorem inuideant, nec illum vel suum, vel ecclesiam Regem & caput vnicum agnoscere velint. Et sane haec praecipua est contentio materia, de qua olim secula omnes pugnarunt, & circa quam hodie adhuc Christiani & Papista & Turca diu gladiantur. Christo enim suum honorem assertum volunt, alteri vero eundem vel in Papam Regem, vel in Mahumetem transferre conantur. At hic consolationis plenum est, quod Pilatus, qui paulo ante iniquissimis Iudeorum postulatibus cesserat, nunc noua animi virtute confirmatus, illos non sine stomacho rejicit, nec quicquam propter illos in Crucis Christi inscriptione mutare dignatur. Voluit hoc exemplo docere spiritus sanctus, nihil effecturos inquam, quotquot Christo suam gloriam ereptam & illius nomen vel verbum extinctum volunt. Et sane, si firmum ratumq; mansit, quod homo prophanus de Christo scripsit, multo magis sacrosancta & inuolabilis erit eorum auctoritas, qua diuini prophetae, & post hos Apostoli scripserunt, quos in eum finem Deus vberiori spiritus sui virtute afflauit, ut salutis in Christo acquisite mysteria literis mandarent. Accedit his argumenti efficacissimi loco, quod contra tot hereticorum dolos & imposturas, totq; tyrannorum cruentas persecuciones, Deus sacrae scripturae codicem non seruaui modo, sed a mendacibus & corruptelis quoque integre seruaui. Cuius haec praecipua causa est, quod filij sui cognitionem inter homines manere voluit, in quo vno salus omnis continetur. Haec nos in periculo confirmare debet, ut fidei professionem illibatam seruemus, nec mundi concubitus terreamur, qui vix furia mundus hic, vincet tamen, & suos quoque in se victores faciet. Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Matth. 18.
Marc. 16.
Actorem 1.
Contentitur de
Titulo Christi.
Christi regnum
inexpugnabile.

HOMILIA CXXX.

Et qui praeteribant conuitiabantur ei, mouentes capita sua, & dicentes: Vah, qui dissoluis templum, ac triduo aedificas: Serua te ipsum, & descende a cruce. Similiter autem & principes Sacerdotum illudentes dicebant alij ad altos cum scribis: Alios seruaui, seipsum seruare non potest. Christus ille Rex Israel, descendat nunc a cruce, ut videamus, & credamus. Et qui crucifixi erant cum eo, probris afficiebant eum.

Euangelista non modo Iesum Christum pro nobis passum & mortuum esse docent, verum etiam diligenter narrant, quid illius aduersarij et hostes aduersus illum designarint. Quae omnia sic a nobis considerari debent, ut primo cogitemus, quanti confluxerit salus nostra, & quanto studio caueamus, ne ipsi quoque nostrae carnis iudicio decepti in illum similiter peccemus. Sane haec per totam historiam obseruanda, maxime tamen in praesenti loco, ubi narratur, ut illi in cruce pendenti illuserint. Et hic simul Ieronimus qui cum ipso crucifixi fuerunt, actio incidit, quam ex Luca huius loci et aetationi postea inferemus.

Argumentum
& usus praesentis loci.

Primum in genere de omnibus dicit Marcus: Qui praeteribant conuitiabantur ei, mouentes capita sua. Impudens eras & inhumanum inter mortuos dolores pendenti conuitari: sed auget facti indignitatem, quod gestu etiam uiuant, qui animos illius odio & contemptu plenos arguit. Ita verberatim plus quam belluinam produunt, quae ne supplicij quidem atrocissimi conspectu satari potuit. Meminerimus tamen hanc etiam partem ad generis humani redemptionem pertinere. Oportuit enim Christum (sicuti Simon dixerat) poni in signum contradictionis, ut nos a satanicis calumnijs affereret: Luc. 2. & cum ista olim in propria persona sustinuerit, non offendi debent fideles, etiamsi illi hodie quoque ab omnibus contemni, & quasi catholico omnium consensu damnari videant. Ita enim fore olim David psal. 2. & 22. praedixit, & idem cum Christi typus esset, similia passus est, sicuti in Psalmis est videre, ubi de suis miseris conquerens inter alia dicit: Ego autem vermis sum, & non viri opprobrium hominum & contemptus a populo. Quicumq; me aspiciunt, subsannant me, distendunt labia, mouent caput, dicentes:

Omnis loci homines Christo conuitiabantur.

